

passum proportionatum compositum, quia ex materia & forma mixtionis: & quando habet passum proportionatum compositum, statim inducit in illud illam formam, cuius est capax. Et quod etiam addicitur in confirmatione, quod anima intellectiva non habet in materia repugnantiā: dico quod nulli est forma substantialis inordinans materiam, quia illam consequantur, vel ipsa requiritur qualitates consequentes, & in certo gradu, in quo non maneat, nec forma illa informabit materiam: licet ergo intellectiva non habeat propriam repugnantiā ad aliquam formam naturalem: tamen informando materiam requirit qualitates aliquas, & in gradu aliquo perfectio, in quo si non maneat, ipsa non informabit materiam, illa autem sunt qualitates consequentes formam priorem, sed non necessario requiritur ad esse forme prioris in tanto gradu, in quanto requiritur ad esse intellectivae in materia. Illud patet in exemplo, quia ad animationem ab intellectiva requiritur cor, & hepār determinate calida, cerebrum determinate frigidum, & sic de singulari partibus organicis: tali autem dispositione cessante potest adiacere manere qualitas aliqua, quae fiat cum forma mixta, licet non illa quae requiritur ad esse & ad operationem intellectivae in materia.

Quantum ergo ad istud dubium secundum huius secundi articuli, dico, quod corpus Christi per se includit materiam, & ad minus formam unam mixta, priorem intellectivae, & per istam formam est in actu partiali, & est proximum receptivum animae intellectivae, licet non sit per illam in genere corporis, ut corpus est genus, nisi per reductionem: & in istud compositum (quod tamen per se est pars hominis) sic per se convertio panis, quia totus in totum, & partium in partes; & per consequens haec forma est formalis terminus conversionis, sive forma termini conversionis.

Hec autem manet eadem, sive anima uniatuq; illi, sive non uniatuq; quia haec prior est naturaliter, saltem in informando ipsa anima, & in triduo manet, anima non manente ibi & in triduo fuisse eadem res huius Sacramenti, si Sacramentum tunc mansisset: quia in illo triduo forma corporeitatis non fuit separata a materia sua in Christo, & per consequens haec separata a materia sua, ut in Eucharistia. Sicut enim idem numero fuit res ista secundum se in existentia naturali: ita etiam idem compositum numero, quod est terminus conversionis primus, mansisset semper in Eucharistia. Nec valet in ista identitate salvanda fugere ad identitatem materiae, seu hypostasie; quia contraria possunt inesse eidem identitate materiae, quandoque succedant sibi invicem: & si etiam Verbum assumptisset lapidem, fuisse lapis idem naturae humane identitate hypostasis.

Ad argumenta. Ad primum, licet panis dicitur collectus ex granis, ita species remanentes, dicuntur collectae, quia sunt aliquid ipsius collecti, & ita exponit Augustinus.

Ad secundum, non intelligit, quod vescamur ibi pane remanente, sicut confuevimus uti; sed eo quod quantum ad usum actum eundem habet, equam habet panis: illa autem species eodem modo nutritur quo

quo illa, quorum species sunt. Debet ergo intelligi sua similitudo quo ad hoc, quod aliquibus eodem modo se habentibus, quo ad usum nollunt, sicut panis & vino utimur, sed praesertim in Eucharistia; sicut utimur aqua in Baptismo; sed non quo ad hoc, quod licet remaneat aqua, ita ibi maneat substantia panis; ex parte enim vult oppositum in eodem cap. statim post: *Ipse panis, & vinum transi, alio in corpus, & sanguinem Dei. Si autem malum inquiras, sufficit tibi audire, quoniam per Spiritum sanctum fit.* Et paulo post: *Panis, & vinum, & aqua. & per invocationem & super aduentum Spiritus Sancti supernaturaliter transubstantiantur in corpus Christi, & sanguinem.*

Ad tertium dico, quod species panis & vini ita representant Corpus Christi verum, & mytilicum, sicut panis; quia ita ostendunt in se multa genera, quantum ad illud, secundum quod genera habent rationem sensibilitatis, scilicet ratione accidentium.

Ad aliud, patet ex secundo articulo solutionis questionis, hic enim est transubstantiatio, non quia terminus accipit esse simpliciter, sed quia accipit esse hic. Ad ultimum, patet, quod primus terminus istius conversionis, nec est materia sola, nec materia sub quantitate; quia tunc non esset transubstantiatio, sed transquantitatio: nec materia sub modo quantitativo, nec compositum ex materia, & anima intellectiva: sed compositum est materia & forma quadam priori intellectiva, quae manet eadem realiter cum Christo vivo, & in corpore mortuo, & quae manet, tanquam formae rei primo contractae sub Eucharistia semper, ex quo fuit Eucharistia instituta; ideo non valet.

#### QUAESTIO IV.

*Vtrum panis in conversione in corpus Christi annihiletur.*

**A**D secundum sic proceditur, & arguitur, quod panis in conversione in corpus Christi annihilatur; quia quod praecessit, & nihil ejus manet, annihilatur: panis praesertim, & nihil ejus manet; quia nec materia, nec forma: totum enim totaliter transit, materia scilicet in materiam, & forma in formam; ergo &c.

Secundo sic, Quod nihil est in se, nec in alio, & praesertim aliquid, annihilatur; panis post conversionem nihil est in se, nihil est etiam in Christi Corpore, quia tunc Corpus Christi augetur per conversionem panis in ipsum: illud enim fit majus, in quo est aliud & aliud quantum manens; ergo.

Tertio sic, In transiione partiali forma annihilatur, quia nihil ejus manet: ad minus non distinguitur ista corruptio partis ad annihilationem, nisi quia forma priori manet in potentia materiae; sed in proposito forma panis non manet in potentia susceptivi sui. Potest etiam

a B. haec qualis est dissimilima inter omnes huius libri, & involutissima, ideo spectata.

probari, quod ibifortia, a qua est transitus, annihilatur: quia non manet in actu, patet; nec in potentia subiecti. Probatio, Natura potest potentiam naturalem reducere ad actum, & per consequens si illa forma desiderata remaneret eodem numero in potentia materiei, posset per agens naturale in actum reduci, (a) quod est contra Philosophum §. Physic. & 2. de Generatione in fine.

Si dicatur, ipsam non eandem numero, sed eam talem in specie manere in potentia subiecti, hoc non prohibet annihilationem, quia cum illa esset annihilata, adhuc posset alia numero educi de potentia materiei.

Item annihilatio & creatio sunt opposita, sicut generatio & corruptio, quia sicut dicitur §. Physicor. Idem est terminus a quo generationis, & terminus ad quem corruptionis; & converso; ita idem est terminus a quo annihilationis, & terminus a quo creationis, & converso; sed quando est tota substantia, & totaliter terminus ad quem productionis, productio ejus est creatio; ergo quando ipsa tota, & totaliter est terminus a quo destructionis; ergo quando ipsa tota, & totaliter est terminus ad quem productionis; sed in proposito ipsa tota, & totaliter est terminus a quo corruptionis; ergo &c. Oppositum dicunt auctoritates adductae in questione praecedente ante primam, dicunt enim panem converti in Corpus Christi: ergo non annihilatur. Et hoc arguitur in ratione, quia creatio, & annihilatio sunt opposita: sed si corpus converteretur in panem, iterum illa destructio panis non esset creatio: quia non esset simpliciter de nihilo, ut de termino a quo; ergo pari ratione conversio panis in corpus, non est annihilatio. Item, si illius annihilationis non posset effectum, nisi Deus, sed Deus non potest esse causa non essendi res, secundum quod probat Augustinus. 83. q. 9. 21.

Hic dicitur, quod panis non annihilatur, & ex hoc inferitur, quod post conversionem panis non est nihil, & per consequens est aliquid: non autem illud, quod praesuit, quia illud convertitur est: nec quicquam aliud a termino in quem conversus est: ergo post conversionem est aliquid, (c) ut illud in quod conversus est. Unde quod praesuit panis est Corpus Christi: aut si ista negetur, necesse est dicere, quod aliquas corporis sitae, quod fuit panis, & similiter esse corporis sitae aliquid ejus: alioquin panis post conversionem nullo modo posset dici aliquid, sed oporteret dicere, quod omnino eice annihilatur.

Hec ergo opinio duo dicit, scilicet, quod panis non annihilatur, & quod post conversionem non est nihil, sed aliquo modo aliquid; & secundum deducit ex primo. Contra illud secundum, arguo qua-

a Text. c. 38. l. 6. ult. b Text. cap. 7. §. 8. v. in de  
c Hen. quod. 9. q. 9. quod. 12. q. 4. quod. 12. q. 10. E. Oct. 4. quod. 5. Major hic tenetur, quod panis annihilatur, Securus autem licet in hac questione sit problematicus tamen, 10. quod. quod se determinat, & Franciscus nosse hic ex clausis, qui potest esse  
gore, & caput.

drapliciter. Prius sic, Terminus mutationis, in quantum est terminus, includit non esse alterius termini. Hoc probatur, quia in quantum est terminus, habet aliquam impossibilitatem ad alium terminum; ergo ut est terminus, non includit aliquatenus alterius termini, nec alterum terminum esse aliquo modo aliquid: quia contra dicitur est quod, ut includit non esse ejus, includat aliquatenus ejusdem.

Secundo, quia Corpus Christi nullo alio modo se habet in se post conversionem, quam ante; ergo nec aliquid alio modo habet esse in se: sed panis non convertitur nullo modo habet aliquatenus formam in Corpore Christi, nec aliquatenus Corporis Christi: ergo nec post conversionem. Probatio prima consequentia: esse aliquid in se in aliquo, et propter esse ejus simpliciter: quia cum aliquid in se est tale, id est, vel sic habet aliquid in se, vel esse in alio: ergo non est differentia in modo essendi aliquid in aliquo, nisi propter differentiam ejus in se. Item, cuius est aliquas in aliquo, illud est formaliter est aliquid: si ergo aliquas corporis sitae nunc ejus, quod fuit substantia panis: si ergo illud quod fuit substantia panis, est nunc formaliter aliquid illa aliquiditate. Quaero quid aliquid? non panis, quia panis non est.

Et praeterea contradictio videtur, quod aliquid corpus sitae formaliter aliquid, illud quod est substantia panis, nec illa aliquiditate esse illud, quod fuit panis corpus, quia quod fuit substantia panis simpliciter desinit esse, corpus simpliciter manet in eodem esse, nec potest dici quod ista aliquiditate est aliquid aliud, nisi panis, vel corpus. Item aliquid, & res convertitur secundum (a) a vicem. 1. Metaph. sicut ergo est aliqua aliquiditas, illud formaliter est res: & per consequens sequetur, quod illud, quod fuit panis, nunc esset res: res autem secundum dictum Doctorem dicitur dupliciter. Uno modo pro se opinabili, ut dicitur a reor veris: Alio modo res tuta, prout dicitur a ratiudine: hac ergo aliquiditate, hoc quod fuit panis, vel est res primo modo, & tunc sequitur quod non magis sit res, quam chymera: quia chymera est res suo modo secundum eum, & tunc optime stat cum tali aliquiditate annihilata panis, sicut si aliquid converteretur in chymeram, tunc esset annihilatum.

Si res secundo modo, tunc ut prius. Aut res quidditate panis, & tunc panis non est quidditative conversus. Aut res quidditative corporis, & hoc est impossibile propter quidditativam distinctionem ejus, quod fuit panis, & corporis.

Alto modo dicitur, (b) quod panis non annihilatur, quia post conversionem in corpus manet in illo in potentia, quia Corpus Christi, & panis habent subiectum commune, ut materia, & ideo substantia panis potest redire per corporis conversionem in ipsam, & illa reditio non esset creatio: ergo nec illa conversio est annihilatio, & hoc

a Cap. 6. vel cap. 1. §. 2. Hen. quod. 5. quod. 2.

b Arg. Theor. 1. §. 12.



in hoc propter communem substantiam, vel commune subiectum, in cuius potentia est uterque terminus. Contra, non possit panis annihilari ex illo dicto, manente aliquo alio corpore; quia si aliquod aliud corpus, saltem corruptibile, manet, manet materia eiusdem rationis, in cuius potentia est uterque terminus, & per consequens manet panis, sicut modo dicitur manere in materia Corporis Christi; ergo non possit annihilari panis, nisi tota substantia corporea annihilaretur, item, si panis annihilaretur, & Corpus Christi esset ibi presens, eodem modo panis esset in potentia materiae Corporis Christi, quo nunc est: ergo propter hoc, quod nunc manet in potentia in materia Corporis Christi, non debet negari annihilatus. Item, substantiam communem utriusque terminus, non est necessarium, nisi ad transmutationem proprie dictam, excludendo enim subiectum, & accipiendo præcise duos terminus alicuius transmutationis, magis requiritur in eis oppositio, quam aliqua idem commune: immo idem commune in aliquibus prohibet ipsa esse per se terminus alicuius transitus, ut patet in his, quæ sunt ejusdem speciei; ergo cum in illo transitus non sit proprie mutatio, nec subiectum manens, sed tantum sunt duo termini transitus: nihil commune per se dabit, vel auferet aliquam rationem ab isto transitu; ergo si ille transitus esse annihilatio, exclusio quocunque communi, est & modo.

Ad questionem dico, quod in proposito nihil panis manet post conversionem. Secundo, quod panis non annihilatur, vel quod est iacillius, quod panis ista conversione non annihilatur. Primum supponatur probatum ex rationibus contra primam opinionem. Secundum probatur sic. Terminus *ad quem* transitus ipsius panis non est purum nihil: ergo panis non annihilatur. Consequenter probatur, quia terminus *ad quem* annihilationis est purum nihil. Et hoc probatur a simili: sicut terminus *a quo* creationis est purum nihil, ita terminus *ad quem* annihilationis debet esse purum nihil. Antecedens probatur, quia terminus *ad quem* istius transitus est Corpus Christi: quia etsi negatio panis concomitaretur terminum *ad quem* non tamen terminus iste est omnino nihil, sed est in aliquo positivo.

Contra istud, quia etsi destinationem panis concomitaretur positio Corporis Christi hic; tamen illa desitio panis secundum propriam rationem ut distinguitur ab illa positione Corporis Christi, videtur esse annihilatio, quia terminus *ad quem* eius est nihilitas panis. Confirmatur per simile, quia corruptio non est modo annihilatio, non propter hoc solum, quia corruptio non est modo annihilatio, sed etiam propter terminum generationis, præcise non esset annihilatio, esset mutatio positiva ipsa corruptio propter terminum positivum mutatio is, quod falsum est. Nunc ergo corruptio secundum propriam rationem, ut distinguitur essentialiter a generatione concomitante, non est annihilatio, quia aliquid corrupti manet, scilicet materia, & ex hoc sequitur, quod negatio ad quam est, est negatio in apto nato; ergo privatio. Ergo per oppositum in proposito, cum nihil termini *a quo* maneat, nec negatio esse panis sit privatio, quia non in apto nato, sed

sed panem non esse, sequitur quod ista panis desitio secundum propriam rationem tui sit annihilatio.

Et hoc confirmatur secundo, quia per se ratio alicuius non varietur ex aliquo desitione panis concurrat positio Corporis Christi hic, quod cum ista desitione panis concurrat positio Corporis Christi hic. Probatio, possit enim primum separari a secundo: ergo propter istam positionem Corporis Christi hic, non variatur ratio istius desitionis, sed ipsa si sola esset sine positione ista, esset annihilatio panis; ergo & modo.

Hic diceretur uno modo, quod transubstantiatio est mutatio præcise inter terminos positivos, ita quod non est dare duos terminos positivos ad duas mutationes, sicut in generatione, & corruptione, sed sicut secundum Philosophum & Poy. aliqua mutatio est a subiecto in subiectum, quæ scilicet habet pro utroque per se termino aliquod positivum: ita ista transubstantiatio habet duos terminos præcise, & utrumque positivum, & ita non est hic considerare illam desitionem quasi sit una mutatio per se formaliter desitio generis ab ista inpositione Corporis Christi hic, sed tantummodo est unus transitus huius positivi in illud positivum.

Contra istud, manifestum est, quod panem non esse non est formaliter Corpus Christi esse hic, nec e converso. Similiter non esse Corporis Christi hic, & esse panem hic, non sunt formaliter idem, sed oppositi termini; ergo possumus habere duos transitus quidditative distinctos, quorum uterque habet suos proprios terminos; & tunc stat tota difficultas tacta de generatione, ut distinguitur a corruptione, & de per se formali distinctione huius desitionis, ut distinguitur a positione Corporis Christi. Hic potest dici, sustinendo istam conclusionem scilicet, quod panis non annihilatur simpliciter: quia terminus annihilationis est purum nihil, hoc est, quod nihil terminus *a quo* manet in termino *ad quem*: nec negatio in aliquo apto nato, quæ desitio privatio terminat eam, & oppositæ conditiones illis conditionibus sunt in corruptione, ut corruptio est: nec tertio, quod negatio in aliquo positivo disparat terminat eam; sed simpliciter negatio extra genus, scilicet extra omne positivum, sive subiectum quod dicitur privatum, secundum illam negationem. Et istud ultimum requirit, potest ostendi, nam non solum materia aeris corrupti manet, & habet privationem forme prioris, sed negatio forme aeris salvatur in forma ignis, quæ de novo inducitur; & negatio illa, ut est in forma ignis non est ibi ut in subiecto apto nato; quia sic est tantum in materia communi, sed est ibi, ut in aliquo disparato: & licet circumferretur negatio illa, ut in materia communi, quæ modo terminat corruptionem, & propter quam corruptio modo non est annihilatio, si tamen terminaret aliquam desitionem negatio illa, ut in disparato, adhuc non annihilaretur act.

Ad oppositum, est hic non sine illæ quæ rationes, de quibus patet, quod propter eas corruptio non est annihilatio, scilicet quia a liquidum corrupti manet, & quia negatio terminans eam manet in apto nato;

naro: est tamen ibi terra ratio, scilicet quod negatio terminans est in aliquo positivo subiecto, licet disparato. Per hoc ad rationem potest dici, quod illa descriptio panis secundum se, etiam ut est ad non esse panis non extra genus, sed ut in corpore, non est annihilatio, ut patet.

Tunc ad illud exemplum de corruptione, verum enim est, quod non negatur corruptionem esse annihilationem præcise propter generationem concomitantem, sed propter duas causas, quarum una includit aliam, scilicet quia est subiectum commune, & ideo negatio terminans est privatio. Sed si possit sine utraque istarum sitae tertia, scilicet, quod negatio terminatur, ut in aliquo positivo disparato, adhuc non esset illa transitio annihilatio, & talis ponitur ista conversio.

Sed tertium magis cogit, scilicet de per se, & per accidens: invenitur enim hic unus transitus per se ab esse panis ad non esse eius, & alius a non presentia Corporis Christi hic, ad presentiam ipsius hie. Et tunc, sicut argutum fuit, si secunda non concomitaretur primam, prima esset annihilatio: ergo & modo formaliter est annihilatio, quia ratio eius non variatur propter illud quod per accidens concomitatur. Item, ut panis annihilaretur & Corpus Christi poneretur hic præsens, omnem eodem modo se haberet, tam panis, quam corpus, quantum ad omnem conditionem, tam esse quam non esse, sicut modo se habet: sed quod omni eodem modo se habet, sicut si esset annihilatum, est annihilatum; ergo prima propositio manifesti est, quia si esset annihilatus, nec materia, nec forma eius remaneret eadem eodem modo, nec tunc: si autem corpus esset tunc præsens sub accidentibus, ita & nunc. Item, & est directe contra responsionem ultimo datam ad illud de corruptione, quia terminus ut terminus actionis novæ, novæ est: negatio ergo esse panis, ut terminus desitionis panis, nova est, sed ut in Corpore Christi, non est nova: nam illi modo quo disparatum includit negationem disparatam ante desitionem panis, Corpus Christi fuit non panis. Si desit verum est, non panis, ut in corpore, non est negatio nova, sicut nec disparatio nova corporis ad panem, sed non esse panis est novum.

Contra, ex hoc sequitur, quod non esse panis est terminus, quia ut negatio ista est in corpore, est per rationem disparationis secundum responsionem illam. Si ergo non esse panis terminat, ut novum, non terminat, ut in corpore per rationem disparationis. Item quando simul concurrunt mutationes diversorum generum, negatio non est per se terminus unius, ut includatur in termino alterius. Exemplum simul sit generatio, & loci mutatio; negatio terminans corruptionem concomitantem generationem, non terminat eam per se, ut salvatur in ubi, & probatur illud per rationem, quia ubi negatio terminat a quo mutationes per se salvatur in termino ad quem alterius, oportet illas mutationes esse ejusdem generis, quia ad terminum ad quem & a quo, oppositos; sed in proposito, Corpus Christi non includit non esse panis. Patet, quia disparatio illa corporis ad panem

fuit

fuit manente utroque extremo: non includit ergo illam negationem esse panis, nisi ut hic, sed ille terminus ut hic, non perducit ad genus subsistentiæ; ergo negatio illa non per se terminat desitionem, ut salvatur in corpore, ut hic. Istarum rationum alique possunt evadere.

Secunda sic, negando istam propositionem, quod omni eodem modo se habet secundum esse, & non esse, sicut si esset annihilatus, illud est annihilatum, oportet addere in subiecto istud, & omnino idem succedit sibi. Quod autem ista additio sit necessaria, satis apparet, quia antequam res crearet, est ita nihil, sicut si prius fuisset creata, & post annihilata, & tamen antequam crearet, non est annihilata: & quare hoc? quia non succedit nihilitati eius, esse suo.

Ita dico, quod si panis esset annihilatus, non maneret materia, nec forma, sicut nec modus; sed tamen nunc aliquid succedit ipsi toti esse panis, quod non succederet, si esset annihilatus; quia nunc succedit negatio in genere, scilicet in aliquo positivo disparato: tunc vero succederet negatio simpliciter extra genus. Ad tertium potest dici, quod negatio, ut includitur in disparato, non est incompossibilis sua affirmationi in ambitu communi entis, alioquin disparatum non pollent simul esse entia: sed negatio contradictoria repugnat sue affirmationi, etiam in toto ambitu entis. Si ergo negatio panis disparata per se sit in corpore, non tamen negatio contradictoria esse eius; nunc autem post conversionem illa negatio contradictoria est in Corpore Christi, & sic est nova, quia sequitur affirmationem sibi contradicentem. Contra hoc non videtur aliquo modo ista: negatio contradictoria esse in corpore magis, quam prius, & ita ut nova est, & ut terminat desitionem panis, non terminat, ut in corpore: negatio enim contradictoria est purum nihil, & ita purum nihil, si dicitur de aliquo positivo, sicut fide chymera dicitur: ergo si illa negatio terminat desitionem, sequitur, quod illa desitio erit purum nihil. Si dicatur ad primum, quod non esse panis, ut contradicere esse panis, aliter est in Corpore Christi, quam prius, quia in Corpore Christi ut hic, includitur illud non esse contradictorium: in corpore autem absolute non includitur, nisi negatio disparata. Hoc improbat per quartam rationem: quia terminus posterior non est ratio nova incompossibilis ad aliquid prius naturaliter: ergo illud ut hic non est aliqua ratio nova incompossibilis corporis ad esse panis: ergo oportet dicere quod ista negatio non sit nova, & tunc non terminat desitionem: vel si est nova, & non est in corpore ut hic, (quia illa presentia non est ratio, secundum quam inest talis incompossibilitas) nullo modo illa negatio terminabit, ut in corpore desitionem panis. Potest ergo teneri tertium, scilicet, secundum membrum disjunctivæ a posteriori supra; quod desitio panis sit annihilatio absolute panis, sicut probat illa ratio de per accidens, quod quia necesse est dicere, quod ipsi esse panis simpliciter succedit non esse panis simpliciter, & ista successio oppositi ad oppositum per accidens conjungitur cum successione presentie Corporis Christi hic, ad non presentiam hic: ideo

ita



ista habebit suos per se terminos alios a per se terminis illius: non ergo per se terminus istius terminabit per se, vel precise, ut conjungitur per accidens per se termino alterius.

Dico etiam, quod hac conversione panis non annihilatur, quia (sicut dictum est in solutione quaestionis precedentis) transubstantiatio quaedam est, qua terminus accipit simpliciter esse; quodam autem qua accipit hic esse: De prima, qua terminus natus accipit simpliciter esse, & alius simpliciter non esse, forte potest saltem, quod desinito termini a quo non est simpliciter annihilatio: quia ibi per se terminus ad quem ipsius inceptionis est oppositus termino a quo desinitio, sicut est de termino a quo, & ad quem generationis, & corruptionis: & ita potest ibi negatio termini a quo, ut in termino ad quem terminare desitionem: sed in proposito ubi tantum est transitio adductiva, terminus ad quem per se mutationis positiva non opponitur termino a quo mutationis privativae: & ita non potest esse ratio concludendi negationem ejus. Possit ergo dici, quod conversio ista est esse substantiae in substantiam, non quantum ad esse substantiae simpliciter, sed quantum ad hic esse, ut sicut corpus ut hic, succedit panis ut hic; ita panis ut hic, convertitur in corpus hic, & illae mutationes licet sine inter substantias, tamen non sunt inter substantias, ut inter terminos; termini enim sunt tantummodo praesentialitas, & non praesentialitas, quae possunt reduci ad genus, ubi ut dicitur dist. 10 q. 1. sicut ergo mutatio positiva non acquiritur simpliciter esse corporis, sed tantum esse hic; ita mutatio perditiva correspondente, quam includit conversio ista, in quantum ista conversio est transubstantiatio translative, non autem productiva, ista in quantum est transubstantiatio simpliciter, sed hic esse; & patet satis palstra non deperdit panis esse simpliciter, quia sicut corpus Christi habet novam praesentiam, non deperdendo antiquam, & mutationem acquisitivam sine perditiva, ut dictum est dist. 10 q. 1. ita etiam panis habet perditivam sine acquisitiva, quia desinit esse hic, & non acquirit aliam praesentiam alibi; quia ergo non deperditur, sicut nec acquiritur per hanc conversionem, ut est transativa, nisi tantum esse hic, & non esse hic, sequitur, quod per hanc conversionem, ut hic est; non deperditur esse substantiale, & per consequens non annihilatur, immo non destruitur panis hac conversione, quia tamen panis non manet in esse substantiale, & hac conversione non destruitur, ut dictum est; oportet quod desinat esse alia desitione, quae est a simpliciter esse ejus ad simpliciter non esse ejus: illud autem non esse ejus, licet quasi concomitetur praesentiam corporis ut hic, non tamen ut terminum ejusdem generis, & per consequens si ista desinitio secundum se considerata sit annihilatio, tamen nullo modo ista conversio est annihilatio. Exemplum hujus, si panis destrueretur & crearetur Angelus de novo, & haeret praesens speciei panis, conversio panis in Angelum esset panis ut hic in Angelum hic praesentem, & per istam conversionem Angelus non acquireret, nisi illam praesentiam, concomitaretur tamen illam praesentiam n. van, novum esse, quod terminat creationem propriam. Per istum

modum dicendi apparet, quae transubstantiatio potest esse in praesentem, & quae non: & quae potest esse in termino a quo, & quae non: transitio enim quae est a termino in terminum secundum esse simpliciter terminorum, & non esse, non potest esse aliquid conversi, & tamen manens; nec in terminum praesentem: sed transubstantiatio, quae est transitus substantiae in substantiam quantum ad hic esse, potest esse & termini a quo manens, & desinat hic esse, non tamen simpliciter desinat esse, & succedit sibi aliud, ut hic: potest etiam esse in terminum praesentem, si incipiat hic esse abique hoc, quod incipiat esse: Potest etiam esse, quod terminus a quo desinatur: sed non hac conversione: Et potest esse quod terminus ad quem incipiat esse, & non hac conversione, sicut exemplificatum est de Angelo creato.

Ad argumenta. Ad primum, si teneatur primum membrum distinctivae potest in principio solutionis, neganda est illa major: oportet enim addere, in nihil ejus manet, & similiter nihil succedit, ut potest terminus. Ad secundum per idem; ergo nihil fit in se, nec in alio, tamen suo esse non succedit omnino nihil. Et ad probationem, quia non manet nisi in potentia materiae. Dico, quod ipsa manere in potentia materiae est compositi alteram partem manere per se; & sic etiam manet forma per accidens; cujus autem aliquid hinc per se, vel per accidens manet, non annihilatur. Et cum dicitur, quod potest idem numero redire per agens naturale; non sequitur quia potentia illa in qua manet forma debet intelligi principium potentiale, non autem respectus: corrupta enim forma non amplius manet respectus potentiae ad formam, quia non est respectus potentiae ad omnino praetertitum, sicut nec ad omnino impossibile; sed ipsum principium potentiale manet, & in hoc totum manet per se secundum aliquid ejus, & forma quae erat aliquid totius, manet per accidens secundum aliquid sui. Vel potest breviter dici, quod est nihil forme corruptae manet, tamen negatio succedens sibi est negatio in apto nato: & ideo privatio, & illa non est nata terminare annihilacionem. Hoc cum applicetur ad propositum, est requiritur quod maneat ad hoc quod dicitur non annihilari, & forma panis non hic manet, quia materia ejus transit in materiam. Dico quod propter multas rationes (ut dictum est prius) corruptio non dicitur annihilatio, & licet illa duas succedat, scilicet, subiectum manere, & negationem terminantis esse privationem; tamen si negatio terminans esset quaecumque negatio in genere, puta in aliquo disparato positivo, adhuc transitus ad ipsam non esset annihilatio. Ad quartum potest dici quod non omnis productio totius substantiae est creatio, sed quae est termino a quo, ut a pure nihil, & ita hic: per oppositum, si restaret secundum membrum hujus distinctivae potest in solutione quaestionis; sed non concludit quod a conversione panis annihilatur, sed tantum quod ejus annihilatio concomitatur istam conversionem. Ad rationem in oppositum Ambrosius loquitur de conversione terminorum, non secundum

simpliciter esse, sed secundum quid esse. Ad aliud de etatione, patet ex ratione ultimi argumenti ad primam partem. Ad Augustinum respondendo, Deus nulla actione positiva annihilat rem; sed sicut positive agendo rem conservat, ita annihilare est desinere creaturam conservare; & hoc potest Deus.

### QUÆSTIO V.

*Utrum conversio panis in corpus Christi possit vere exprimi, & quibus propositionibus?*

Ultimo queritur sine argumentis, quibus propositionibus possit hæc conversio vere exprimi? Respondo non potest vere signari per verbum essendi, nec fieri, nec etiam per hoc verbum posse vel possibile, & hoc secundum nullam differentiam temporis: nec enim panis fuit corpus, nec est, nec erit, & converso corpus non fuit, nec est, nec erit panis. Et ratio omnium istorum est, quia esse notat unionem extremorum essentiali, vel accidentalem pro illo tempore quod assignat; sed pro nulla differentia temporis, habent hæc extrema unionem essentiali, nec accidentalem, sed pro omni instanti, vel disparationem, puta quando extrema sunt entia peccativa; vel majorem repugnantiam, scilicet entis ad non ens pro illo instanti, pro quo unum est, & aliud non est. Secundo dico, quod panis nec fit, nec factus est, nec fiet corpus Christi, nec e converso: & ratio istorum est, quia fieri, quando predicatur secundum adiacens, predicatur fieri simpliciter ejus de quo dicitur, & sic non contingit aliquod oppositum ipsi subiecto, sicut panis fiebat, quando crequebatur; & sic corpus fiebat, quando in utero Virginis intrabatur, sed nihil ad, B. sed quando fieri predicatur tertium adiacens, tunc denotat subiectum fieri secundum formam predicati; sed panis pro nulla differentia temporis fit secundum formam predicati, scilicet corporis, nec e converso: & patet illud in simili per oppositum. Ideo enim hæc est vera, homo fit albus, quia hic homo fit sub forma albedinis: & per oppositum hæc est impossibilis, homo fit albus, & hoc loquendo strictè de virtute sermonis, sic videtur esse in proposito. Tertio dico quod panis non potest nec potest nec poterit esse Corpus Christi, nec e converso: & ratio omnium istorum est, quia illa de possibili est talis, cuius illa de ineffe est impossibilis quilibet enim de possibili potest exponi in aliquam de ineffe possibilem, licet forte falsam: sed quilibet de ineffe correspondens cuilibet istorum de possibili est impossibilis ex prima conclusione jam probata. Dico ergo, quod nullo istorum modorum accipiendo utrumque extremum in recto, oportet alterum de altero predicari. Si ergo vera debet esse predicatio, oportet alterum eorum in obliquo accipere, denotando ordinem extremi ad extremum, & hoc potest esse dupliciter, Vel cum hæc propositio est: vel de, addendo ad terminum a qua, sicut dicit Philo sophus 1. Met. cap. 1. Quod ex mane fit meridies, & non e converso, & hoc modo potest concedi, quod ex pane, vel de pane fit Corpus Christi.

Alto

Alio modo addendo terminum ad quem hæc propositio est, in qua denotat ipsam esse terminum ad quem, hoc modo panis tranfit in Corpus Christi: & omnes alie locutiones de virtute feruntur ad aliamquam istorum reducuntur; sed secunda est magis propria, quia non denotat aliquid commune manere, sicut alio modo denotat illa propositio ex, secundum modum proprium accipienli ex, non enim ex opposito fit oppositum, nisi quia ex subiecto communi utriusque, secundum Philo sophum 1. Phys. prima de generatione, & 11. Metaph. Nulla autem propositio non mutatione accepta, vel inveni, etiam accipiendo unum terminum in obliquo, & alterum in recto, vera est, ut patet panis mutatur in corpus; quia non est hæc mutatio, ut dictum est in 1. q. istius dist. transire autem, ferri verbi abstrahit a ratione mutationis, quia ponitur habitudine termini ad terminum, non importando subiectum commune manere.

Circa secundam partem istius distinctionis querendum est de materia convenienti illi conversioni, & duo hic queruntur. Primo, utrum, solus panis triticus, cum aqua elementari coagulatus, sit convenienti materia conversionis in Corpus Christi. Secundo, utrum solum vinum expressum de uva, sit convenienti materia conversionis in sanguinem.

### QUÆSTIO VI.

*Utrum solus panis triticus cum aqua elementari coagulatus sit materia convenienti conversioni in Corpus Christi?*

Ad primam questionem patet de conse. dist. 2. c. 1. & c. Non oportet, & cap. sequenti. Ratio principalis est, quia Christus talen materiam consecrandam instituit, & in signum institutionis tali materia consecrandam usus est. Quod etiam panis triticus, & non alius habetur de conse. dist. in Sacramento. Et hujus congruentia accipitur ex illo verbo Joan. 12. Nisi granum fruerentis &c. ubi Christus le grano trumentis comparat. Unde Aug. ibi: Cum sint multa grana frugum, nulli se comparat, nisi illi. unde mox capit Ecclesiæ de hoc solo grano confici corpus Domini. De hæc etiam farina triticea aqua elementari coagulata, debet panis formari: quia ita susponeitur panem illum fuisse formatum, quo usus est Christus consecrando. Nec fuisse pasta, sed panis; quia sic institutum est, & ad omnia est congruentia, quia cum Sacramentum illud fit signum nutrimenti spiritualis, in illis congrue instituitur, que sunt signa principalis nutritionis corporalis: principale autem nutrimentum quantum ad cibum est panis triticus: Sed hic est dubium: Primo, de amido, an ex iplo possit formari panis consecrabilis? Secundo, an de farina triticea pasta coacta, non cocta possit confici? Tertio, an panis azivus, vel fermentatus, vel uterque? Quantum ad primum, videretur prima facie quod talis panis esset consecrabilis. Tum, quia ille usualiter reputatur panis triticus, & Christus instituit Sacra-

1. Tim. IV.

V

1805



mentum in pane triticeo usuali. Tum, quia illa deputaciones quas sunt circa amidum preparandum, non videntur alterare a specie farina triticeae; non enim sunt nisi decolorationes, & purgationes, & huiusmodi, haec autem non videntur alterare medullam tritici a specie sua. Sed si credatur expertis in rebus de qualitatibus consequentibus eas, quae innotescunt ex operationibus, per quas qualitates cognoscimus, & distinguimus substantias (aliter enim non cognoscimus distinctionem ignis ab aqua, nisi per ea quae innotescunt nobis ex operationibus) & secundum Medicos quilibet species habet qualitatem, & operationem a tota specie, quae non competit sibi per talem mutationem; sed consequitur formam propriam talis speciei, & huiusmodi qualitas, & operatio alia est in tota specie in amido, & alia in pane triticeo, sicut apparet experimentis suis, & assignantibus proprietates tales, & tales quantum ad effectus, ex quo videtur, quod amidum sit totaliter alterius speciei a pane triticeo. Confirmatur istud, non enim per aliud probamus acetum, & agrestium distere, specie a vino, & per consequens non esse materiam consecrationis quantum ad vinum, nisi quantum ad qualitates, & operationes, quia scilicet acetum est a tota specie frigidum: vinum autem a tota specie calidum. Hic breviter potest dici, quod cum certum sit raram tritici purgari secundum communem purgationem, eo modo, scilicet quo pistores solent eam purgare, esse materiam convenientem ad faciendum panem consecrabilem, & dobium sit, an amidum sit huiusmodi materia: & pars negativa multis fit probabilior, non sine peccato aliqui se exponit tali dubio, maxime ille, qui praeparat hastas, & quia sibi simpliciter est certum, quod de tali materia praeparat. Utens forte esse est magis excusari de peccato, quia supponit talem materiam esse bene praeparatam, sed si in veritate non est illa materia consecrabilis, in consecrando nihil facit: nec tamen est idolatria, nec occasio idololatriae populo, quia quantum in se est, supponit materiam esse idoneam & a se, & ab aliis adorandam. Quod secundum dubium, bene probable est, quod pasta & panis non differunt specie, quia per decoctionem pasta in furum, vel alio modo ab igne, non, si nisi exhalatio humores aquae commixti cum partibus farinae, & haec mixtio est per iuxta positionem: talis autem separatio non mutat speciem, quia nec etiam mixtio. Nec rationem de pasta potest confici, quia noluit Christus in Sacramentis suis istam subtilem dispositionem de differentia specifica imponere nobis; sed quod panem triticeum usualem haberebus communicet per materia consecrationis, ut sic secundum Dam. lib. 4. cap. 5. vel 6. illud quod communicet consuevit esse nutrimentum corporale, ipsum vel simile esset nobis Sacramentum instrumentum spirituale. Et si arguas, Panis fit pasta per modicam compressionem in digitis, quare nec post talem compressionem ad digitum, videtur materia consecrabilis, sicut ante decoctionem? Respondeo, hoc probat quod non differt specie panis a pasta, sed non probat, quod pasta sit materia consecrabilis. Et si queras de pane tali recentis, & reducto in pastam, an sit consecrabilis?

Ref-

Respondeo quod sic, quia quantumcumque remittatur in illo consuetudine duritia, quae consuevit esse in pane cocto; tamen ex quo semel coctus est, & panis iuit, nisi manifeste recedat a ratione panis usualis, non recedit a ratione panis consecrabilis. Tertium dubium includit maiorem difficultatem, Graeci, enim dicunt, quod non esse est coquere in fermento, & ideo negant Latine coquere, & antecedens nituntur probare per Evangelia. Dicunt enim quod Christus passus est luna quattuordecima, ut impleteret figura legis de Agno Paschali, qui immolabatur luna 14. & hoc fuerunt Christus praenotificans praevienter comedere Agnum Paschalem ante lunam 14. dicunt autem tunc inter Iudeos panem fermentatum esse in usu; non enim erat eis interdixit panis fermentatus ante 14. diem mensis primi ad vesperam. Ex hoc concludunt Christum tunc usum fuisse fermentum, & per consequens ipsum coquesse in fermento. Pro ista opinione adducunt aliqua de Evangelistis, ut illud Joann. 18. cap. Quod non intraverunt Iudaei in pratorium us non contaminarentur, sed manducarent Pascha. Pascha autem accipitur ibi pro Agno Paschali qui debebat comedi 14. luna; ergo 14. luna tradiderunt Christum Pilato. Item, Joann. 13. legitur quod *Ante diem festum Pascha*, & sequitur eorum illud de cena, & institutione Eucharistiae; ergo ante diem illum in quo immolabatur Agnus Paschalis, per consequens ante lunam 14. Item, Matth. 26. dicitur quomodo Iudaei cogitaverunt occidere Christum dicentes, non in die festo, ille autem dies festus principalis, erat luna 15. iuxta illud Numeri. 28. *Quarta decima die mensis primi Pascha erit, & decima quinta est solemnitas*, supple principalis; ergo de illo intelligitur in Joann. cum dicitur, *Ante diem festum* &c. Sed in proposito tamen antecessus est factum, quam consequens. Prima enim consequentia nulla est, nec secunda est necessaria. Quod enim passus fuerit luna 15. & per consequens fecit cenam luna 14. probatur expresse per illud Mat. 26. *Prima die azymorum quaerunt discipuli, tibi vis paremus tibi comedere Pascha?* Et Mat. 14. *Prima autem die azymorum, quando Pascha immolabatur: Quo vis eamus, & paremus tibi ut manucemus Pascha?* Et Luc. 22. *Veni die azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha, Et misit Dominus Petrum & Joannem dicens: Euntes parate nobis, ut manducemus Pascha.* Ex illis patet, quod die azymorum prima, scilicet 14. luna comedit Agnum Paschalem, & hoc iuxta illud Num. 28. quod allegatum est statim, & 15. die erit solemnitas, hoc est primus dies interget solemnitas solemnitas Paschae, & illa die passus est Christus. Et sic illa hora, qua comedi debuit Agnus Paschalis secundum legem, scilicet 14. die mensis primi comederunt discipuli verum Agnum. Ad probationes eorum, quas addunt pro antecedente, patet per unam distinctionem: postquam Innocentio de *Officio Missae, parte 3. c. 4.* quod Pascha quinque modis accipitur. Vno modo pro solemnitate dici azymorum, quae erat luna 15. Alio modo, pro die in cuius vesperae comederat agnus, quae erat luna 14. Tertio modo, pro hora immolationis agni, quae erat

V 2

erat

erat pars diei. 14. Quarto modo, pro azymo, qui comedebatur, vel in molabatur. Quinto modo pro panibus azymis. Ad propositum sufficit primum membrum distinctionis pro solvenda auctoritate patris de Joani 18. & similiter pro secunda auctoritate. Hoc ergo simpliciter tenendum est, quod de necessitate panis consecrabilis non est, neque quod fit azymus; neque quod fit fermentatus: quia secundum Anf. in lib. suo de azymo, & fermentato non differunt substantialiter azymus, & fermentatus. Scideo non negamus vere consecrari Græcos. Quod etiam patet, quia tempore Leonis Papæ tunc constitutum, quod consecraretur in fermento, sed fuit ad tempus ad extinguendam hæresim fibonitarum, qui dicebant quod necessarium erat Christianos judicare, & per consequens Pascha litum in azymo consecrari, sicut fecerunt Judæi, & ad extinctionem hujus hæresis tunc ordinatum consecrari in fermento. Sed post hæresim illa extincta, reddidit Ecclesia occidentalibus ad primam consuetudinem, que conformis est institutioni Christi, & promulgationi facta per epus Vicarium Petrum. Sed de necessitate ministri ad minus in Ecclesia Latina est hoc de consecrari in azymo, sicut dictum est supra ista distinct. de materia conveniente. Et forte etiam graviter peccant Græci, qui non se conformant Ecclesie Petri, maxime cum hic habeatur iundamentum solidum, quod fit Christus instituit istud Sacramentum celebrandum ad minus, licet non necessario, quin aliter fieri possit, tamen sic magis congrue celebratur.

#### QUÆSTIO VII.

*Vinum solum vinum expressum de uva si materia conveniens ad conversionem in sanguinem Christi?*

**A**D secundam questionem, dico quod vinum artificiale, sive quodcumque aliud vinum, quod non est vinum vitis, utpote vinum pomorum, & hujusmodi, non est vinum nisi secundum quidam, & hujusmodi voce, unde nullum tale est aptum consecrationi in sanguinem. Principalis ratio est, quia fit Christus instituit. Bona congruentia, quia secunda pars principalis nutritionis, id est potus, principaliter consistit in vino, ut in potu principali, & de hoc habetur de consec. dist. 2. Vinum etiam illud debet expressum de uva quamdiu enim liquor est in uva tantum, habet magis rationem comestibilis, quam potabilis. Illud autem Sacramentum pro secunda parte sui essentialiter continet sanguinem, & pro signo aliquo, quod est per se potus. & hoc habetur de consec. dist. 2. *Didicimus nos sequenti*, quod de impresso botro, hoc est, de utrumvis granis populus communicaret, valde est confusum; sed si necesse fuerit, botrus in calicem comprimatur. Hæc autem vim apponere equam non est simpliciter necessarium de necessitate Sacramenti, quia etiam quando apposita est, non convertitur in sanguinem, nisi prius fit conversa in vinum, & ita modica est apponenda, & ita tempore, quod ante consecrationem possit conversa fuisse in vinum. Græci etiam non apponunt aquam, ut

dicit

dicit In hoc de Officio Missæ p. 3. c. 4. vel s. est tamen de necessitate invidetur propter perceptionem Ecclesie; & Christus vinum, cum quo fuit aqua mixta, consecrata vit juxta illud *Datu. lib. 4. cap. 1. Christus calicem ex vino & aqua tradidit discipulis suis*, dicens, *Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus &c.* Congruentia appositionis aquæ in vinum est propter mystericum, ut significetur populus uniti Christo, juxta illud de consecr. distinct. 2. *Omne. Cum in calice aqua vino miscetur, populus Christo unitur*, id est, coglandus significatur per fidem, & dignam Sacramenti perceptionem.

#### DISTINCTIO XII.

**I**N ista distinctione determinat Magister de his que remanent post consecrationem Eucharistia, & dividitur in duo.

Primo enim determinat de esse illorum accidentium, que remanent ibi sine subiecto. Secundo, de quodam transmutatione facta circa illa accidentia, scilicet fractione hostie in partes, ibi, *(Soler etiam quari, & Et iuxta illud incidenter determinat de significatione illorum partium, in quas irangitur hostia, ibi, (Quid autem partes illa significant.)* Sequitur illa pars *(Post hoc queritur)* que potest poni incidentalis in ista distinctione, vel principaliter divisa contra totam precedentem partem. In ista enim determinat de Eucharistia sub ratione sacrilicij; postquam determinavit prius de ea sub ratione Sacramentali; & ista habet principalem, & incidentalem; que dividitur in duas, quarum prima pars est de institutione hujus Sacramenti, & sacrilicij ibi, *(Per institutum est)* (Secunda de perceptione; ibi, *(Si autem requiratur.)*

Circa istam distinctionem, querendum est principaliter de accidentibus remanentibus sine subiecto, & ibi tria. Primo de esse istorum accidentium. Secundo, de actionibus eorum. Tercio de transmutatione circa ipsa. Circa primum queruntur duo. Primo, an in Eucharistia fit aliquod accidens sine subiecto? Secundo, an quodcumque accidens remanens sit sine subiecto?

#### QUÆSTIO I.

*Vinum in Eucharistia fit aliquod accidens sine subiecto?*

**A**D primum arguitur quod non, quia sicut substantia convenit esse se per se, sic accidenti esse in alio. Hoc probatur, quia ens dividitur in ens per se, & in ens in alio: & primum membrum convenit substantiæ, & secundum accidenti; sed impossibile est esse substantiam, & non esse per se, sive esse in alio, quia quod vere est nulli accidit, primo Phys. ergo impossibile est esse accidens, & esse per se, vel non esse in alio.

Secundo sic, Posterius essentialiter non potest esse sine priori essentialiter, s. Met. c. de priori; sed accidens est posterius essentialiter substantia ex 7. Met. Quia substantia est principium omnium entium